

‡ Signum domni Lotharii tertii Romanorum imperatoris invictissimi.‡ (M.) (SJFR.)

‡ Ego Thitmarus vice Adelberti archicancellarii recognovi.‡

Data Goslarię incarnationis dominicę anno MCXXXIII, indictione XII, anno vero regni regis Lotharii VIII, imperii secundo.

## 49.

5

*Erzbischof Adalbert I. von Mainz überläßt dem vom Grafen Ludwig gegründeten Kloster Reinhardsbrunn den Zehnten.* Erfurt, 1116 April 17.

*Hlschr.: Fälschung. Perg. Haus- und Staatsarchiv Gotha Q Q I. g. 18. Phot. H. St. A.*

*Gedr.: Naudé, Die Fälschung der ält. Reinh. Urkunden 123. Böhmmer-Will, Regesten XXV. 46. Vergl. No. 6.*

*Ann.: Die Urkunde ist eine grobe Fälschung. Vergl. Naudé, a. O. 56.*

10

‡ In nomine summae et individuae trinitatis. Ego Adelbertus dei gratia Mogontiensis archiepiscopus. Quoniam apostolica exhortatione: | misericordię operibus studere iubemur ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei, notum esse volumus omnibus tam praesentis quam futuri temporis fidelibus, qualiter nos | Lûdouuico comite interveniente compassi inopię indigentium monachorum deo devote famulantium in cęnobio, 15 quod dicitur Reginherisbrunno, ab ipso in nostro | episcopio in suę proprietatis gleba iuxta Loibam silvam edificato ob respectum divini amoris et sanctę Marię perpetuę virginis sanctique Iohannis apostoli et euuangelistę, quorum nomini dedicatum est, tradidimus, quemadmodum et antecessor noster Rûthardus archiepiscopus ex parte contradidit prae-nominatis monachis ad supplementum victus sui decimationem omnium dominicalium 20 suorum cunctorumque sibi famulantium nec non omnium bonorum, quę vel nunc possident vel postmodum adipisci potuerint, ita sane, ut ex eadem decimatione de unoquoque dominicali suo unum, quod vulgari lingua govvinutti dicitur, per antiqua Turingiorum iust[icia, quod nominatur decima], reddant eis, quibus hoc iure debetur. Sed et decimationem prediorum vel beneficiorum Lûdov[vi]c[i] comitis infra ter[mino]s Turingię consistentium 25 eis tradidimus et [de cetero, si quis]<sup>a)</sup> decimation[em su]am fidelis spo[n]te pro]<sup>a)</sup> devotione eis offerre voluerit, libere semper perfruemdam ex auctoritate episcopali, qua debuimus, concessimus eadem vulgari iusticia decimę permanente, quam prius exsolvebat. Hanc autem traditionis libertatem firmam et inconvulsam cunctis permanen[dam] temporibus rogante Ernesto venerabili abbate Reginherisbrunnense banno dei et nostro predicto cęnobio 30 quiete et potestative in sempiternum perfruemdam firmavimus eamque scripto hoc memorię commendantes sigilli nostri impressione signavimus.

Data xv. kal. maii anno ab incarnatione domini millesimo CXVI, indictione VIII; actum Erphesfurt; feliciter amen.

(SJD.)

35

49. a) Loch. Ergänzt nach Reinh. Kopial R R I. 18 fol. 251.